

*Monum
spec.*

ISAACI ORTVS
IN FABVLA ORIONIS
VESTIGIA
OSTENDIT
ET ORATIONES
SVB ANNI EXORDIVM

HABENDAS
OBSERVANTISSIME INDICIT
HENRICVS AVGUSTVS ZEIBICH

ILL. RUTHEN. PROFESS. PVEL.



GERAE,

ET OFFICINA ROTHIL.

ISAACT ORTV

Prohibunt in eruditorum circulum auditores nonnulli, qui de Angelis dicere suscepertint, tum quod genius coelestis et concipiendo, et uere iam nato, Seruatori inseruit, maximeque nomen eius admirabile, cuius hodierno die memoriam celebramus, nuntiauit Mariae, tum quod raro, imo nunquam prope nuntiorum istorum in declamationibus Gymnasii nostri publicis habetur ratio, nec haberri potest, cum, ut pluribus Academiis, quibuscum reliquis temporibus sacris pietate docta certamus, nulla apud nos Michaelis sacro celebritas indici soleat, neque oratio ulla recitari. His autem declamationibus significandis cum more in studioque maiorum praefari deberemus, argumentumque aliquod, neque iniucundum plane, neque prorsus inutile, quereremus, uenit in mentem Isaaci, mirabiliter geniti, imaginis profecto pulcherrimae Seruatoris nati, sunulque, ex prisca Graecorum theologia, Orionis, cuius natales tam memorabiles feruntur, ut uestigia quaedam miraculi illius, certe, hoc si neges, similitudines complures, in hac fabula reperiire nobis indeauerit. De qua eti Virum olim Celeberrimum, Io. Georg. Michaelis, dissertationulam quandam scripsisse legeramus, tam ab instituto nostro dimoteti nullo potius modo, praesertim cum paucorum in manibus sit illa commentatio, eiusque nec Lipsiae, nec Halae, comparanda facultas amplius detur, ut, quid praesiterit Vir doctissimus, nesciamus plane, nec nostra ab illius sensis, ut uaria sunt et diuersa hominum ingenia, diligere dubitemus.

Princeps auctor huius est fabulae Palaephatus *a*), scriptor antiquissimus *b*), ex quo alii deinde, a nobis statim commemorandi, hauerunt, eademque licet in codicibus Oxoniensibus et Arundeliano desideretur *c*), exceptum in codice Cantabrigiensi, Florentino, aliisque, a recentioribus collatis *d*). Narrat quoque Ouidius *e*), Seruus *f*), Hyginus *g*), Auctor Etymologici M. *h*), Eustathius *i*), interpres parvus Homeri *k*), Nonnus *l*), et Tzetzes *m*). Deest, fateor, in hac fabula interpretatio moralis,

a) Palaeph. c. 5.

f) Seru. ad Virg. A. I. 539.

b) Fabric. bibl. gr. I, 21. p. 138.

g) Hygin. fab. 195.

c) Gale ad h. l. p. 12.

h) Etym. M. V. Ωξειαν.

d) Fischer praefat. Palaephato praemiss.

i) Eustath. ad Odyss. E. 2-4.

e) Ouid. fast. V. 495, seq.

k) Schol. Hom. ad Il. Σ. 486.

l) Nonn. Dionys. III. p. 356.

m) Tzetzes ad Lycophr. us. 328.

lis, plerunque alias adiecta, ex quo nonnulli, an tribui possit Palaephato, ambigunt, sed a fabula quoque 47. 48. et 50. abest explicatio, neque tamen has ideo repudiandas quisquam putauerit, ob eamque rem persuasum habemus, hoc quoque de Orionis ortu caput uel a Palaephato, uel ab alio certe, id si praefracte negaueris, auctore bono profectum fuisse. Quod autem obiiciunt, non tolerare scriptorem hunc fabulas ipsas tam multis verbis persequi, id adspicimus lectioque huius scriptoris luculenter reuinunt #). Ita uero ab ipso et Ouidio, hos enim coniungemus inter se, quo facilius res distinguiusque perficiatur, fictio illa, ad memoriam sane insignis, recensetur. Stat ante calam tuam Hyrieus, Neptuni et Alcyones filius, Tanagram, Boetiae urbem, habitans, uidetque ad se Iouem, Neptunum, et Mercurium, appropinquare, quos hospitiu amantislimus invitat, liberaliterque excipit, fabas, olera, et poculum uino plenum, proponens. Bibit primus Neptunus, et ut aliud poculum, hoc enim exhausterat, Ioui tradat Hyrieus, hortatur. Quo nomine audito, expallescit hic statim, taurum Ioui immolat, et igne ingenti torret. Epulantur tum Dii, Iupiter autem Hyrieo optionem dat, quod commodum sibi et utile videatur, petendi, et hic confessum, ut filium sibi, omni prole destituto, largiatur, orat. Exemplu Dii in coritum bonis inactati semen suum effundunt, idque terra iubent abscondi, tum, decem elapsis mensibus, inde promi, quo facto puerum ipsi fore, desideriumque suum lenitum. Contigit huic, ut cecinerant Dii, filius, quem Vrionem, postea Orionem, appellauit. Reliqua, quae commemorant hic Palaephatus et Naso, de genere uitae, cui se dedit Orion, de insidis ipsius, Dianaes structis, de miserrimo eorum exitu, eiusque post mortem confectione, praeterimus consulto, ab instituto nostro aliena, iamque Palaephatum in primis illustrabimus nonnihil, tum uero Isaaci ortus uestigia in hac tam ueteri et memorabili fabula ostendeimus.

Hyrieum igitur adeunt tres Dii, non Byrseum, vt Hyginus corruptus prodit, quem postea Hypsium dicit, a Scheffero, Heinso, et Munckero, recte emendatus o), cumque Thraciae incolam describit auctor idem, in Boetia Palaephatus, Antonius Liberalis p), et Aristonicus q), Pindarus autem in insula Chio r), commemoratum scribit. Tanagram, urbem Boetiae, habitasse noster perhibet, habetque suffragantem Strabonem s), qui regio-

#) uid. fab. 7. 32. 47. 48. 50.

o) T o) uid. Muncker ad Hygin. p. 52.

p) Anton. Lib. fab. 25.

q) Ariston. ab. Hygin. astron. II. 34.

r) Pindar. apud Hyg. l. c.

s) Strabo IX. p. 279.

nem illam Hyriam, sicut Nonnus ^{z)}, appellat, et filii Orionis monumentum sua adhuc aetate Tanagras reperiri Paulinius testatur ^{u)}, quorum tot testimoniis, non video, cur quisquam omnem uelit fidem et assensum denegare. Rex ab Hygino appellatur, ab Ouidio autem angusti cultor agelli, forte regulus fuit, haud adeo magna agrorum copia abundans, sed tanto ditione re pecunaria, quo uitae genere antiquissimi olim reges ^{x)}, et ipsi Indaeorum patres, delectari solebant, sine ulla tamen dubitatione hospitiu potissimum liberalitate floruit, tunc temporis eo gloriiori, quo certius nulla, quae peregrini, ut hic Dii, intrarent, aetate ista diversiora extabant. Hos quidem laepius terras obiisse, omnis antiquitas comprobat, unde ἐπιδήμους dicebantur ^{y)}, ipsaque sanctiores literae Lystrenes memorant in ea quondam opinionem versatos, ut Iouem et Mercurium personam mortalium suscepisse, et ad te, uelut hic ad Hyrica, addisse, praedicarent ^{z)}. inde ἐπιθάνατος Deorum, de quibus complures erudit exposerunt. Immolat Diis bouem Hyrieus, et λεγεγνθέτως αὐτοῖς θόρης pellem tradit ipsis, ex quo colligimus haud iniuria, sacrasse illis hunc taurum, nonnullas eiusdem partes in ara combussisse, reliquas autem instituto prisco epulas Diis apposuisse, comprobante Hygino, licet deprauato: *De taurō, quem Hercules Hypseo ei fecerat*, ubi legas cum Scheffero: *quem Hyrieus dei fecerat*. Nam Hercules uox nata est e glossa, qua quis pro Hypseo alibi legi Hyrieus, quod in Hercules mutatum fuit ab imperito scriba, ad marginem obseruarat, nec nulla plane hic Herculis iniicitur mentio, necessarioque ea est uocula delenda. Alto enim loco ^{a)}, eadem narrans fabulam, Herculem alto praetermitit sidonio, Iouem tantum et Mercurium nominat, iisque bonem immolasse, et coniunctio apposuisse, Hyrium tradit. Errauit igitur uehementer Seruus ^{b)}, dum, repugnante ipso Virgilio ^{c)}, in quo explicando laborauit, Ioui immolatum unquam esse taurum negavit, a fratre meo erroris turpissimi satis fu perque commixtus ^{d)}. Sed hi Dii λαβότες θόρης βύσταν απεσπέμμανεν εἰς αὐτήν, in hoc corium, sibi traditum, lemen suum effuderunt, et inde δια τὸ δεῖνον τὸ σπένδων τοὺς θεάς, initio Οὐρανοῦ, tum Οὐρανοῦ, arcebunt.

¹⁾ Non. Dion. XIII, p. 356.

^{u)} Paulin. IX, p. 749.

^{x)} Young Unterluch. der Verderbniſſe der Relig. S. 106.

^{y)} vid. Mücki dispi. de Apolline
Επιθάνατος Vteimb. anno 1755, me
praefide habita.

^{z)} Act. XIV, ii, 12.

^{a)} Hygin. astron. II, 34.

^{b)} Seru. ad A, III, 21 et IX, 627.

^{c)} Virgil. l. c.

^{d)} Gottl. Erdm. Zeibich. specim.
obseruant. ex num. antiqu. in N. T.
p. 26. seq.

filius tulit nomen. Quo quidem loco posteriore est in omnibus libris antiquis rectissime legi διὰ τὸ δέντρον ὥσπερ Θεός, existimet Cl. Fischerus e), Galenus tamen aliam infra lectionem subiungit: διὰ τὸ δέντρον τὸ σπέρμα τοῦ Θεοῦ, sine ulla dubitatione antiquo in codice, vel pluribus, intentum. Maximum huic lectioni pondus firmamentumque addunt verba Palaephati priora: Οἱ Θεοὶ ἀπεσπένναντες αὐτὴν, quae certe de lotio explicari non possunt, ut taceam, dictione, δέντρον ὥσπερ Θεός, nimis esse obscuram, nullumque sensum commodum afterre. Est igitur idem, quod apud Apollodorum f): τὸν γάνον ἀφῆναι κατὰ γῆς, et apud Aristotelem a Stephanu citatum g): ἐξηρεῖ, ὅταν χευθῆ τὸν γονίν. Idem locum Rusti Ephesii citat, qui δένθεαν dixit τὸ κοίλωνα, δι' ἢ τὸ σπέρμα καὶ τὸ ἔργον αποκείται. Ex quo latet apparet, δέντρον idem, quod effundere, graecis scriptoribus notare generatim, optimeque Cl. Fischerum in indice Palaephati δέντρον interpretari: semen effundere, cum et sanctioribus literis Deorum aquae saepenumero comparetur h). Itaque Orion, trium virtute Deorum procreatus, τετραπτῶς dicitur Nonno i), et Lycophroni k) τετραπτῶς, quamquam Parthenius l) Hyriei ipsius filium declarat, eamque ob caussam fortasse Orionem veteres gigantem m), maximaque virum statuta, finixerunt n), cuius pedes in profundo pelagi incedant, humeri emineant super undas o). Chronicum autem Alexandrinum p), eundem esse gigantem scribit, qui sacris literis Nimrodus vocetur. Quid, quod celeberrimus eques Suecicus, Michaelis, in ipso lobo q) gigantem hunc Orionem, orientis fessoribus haud ignotum, eiusque pellem quasi leoninam, deprehendere sibi uidetur r). Trium enim perhibebatur Deorum filius, et corio sub humum defosso, mirabiliter e terra natus, talibus uero, ut Titanibus aliisque, insignem corporis magnitudinem tribuebant.

A 3

Cum

i) Fischer prolusion. ad Palaeph.
P. 71.

f) Apollod. II. 7. 5.
g) Stephan. thes. gr. I. tom. II. p. 1548.

h) Num. XXIV. 7. Ies. XLVIII. 1.
Prouerb. V. 16. 18. Eccles. XII. 6.

i) Nonn. Dion. XIII. p. 356.
k) Lycophr. us. 358.

j) Parthen. Erotic. c. 20.

m) Homer. Od. A. 571.

n) Diodor. Sic. tom. I. pag. 197.

Plin. H. N. VII. 16.

o) Seru. ad Virg. A. X. 763. sqq.

Turneb. aduers. XXVII. 28.

p) Chronic. Alex. p. 84. ed Raderi.

q) Iob. XXIX. 31.

r) Michaelis Anmerck. z. B.

Hiob S. 165.

Cum autem hac fabula Isaaci, praeter omnem naturae ordinem procreati, quaedam reperiri vestigia dixerimus, quae olim iam Huetius in quaestione Alnetanis *f*), et in demonstratione euangelica *t*), maximis ornatibus a Leibnitio *u*) praetererundo tamen quasi obliterauit, ut haec iam omni circumspiciamus studio atque indageremus, propositum requirat. Gentes enim profanas de iis rebus, quae patribus coetus Iudaici, ante et post colluvionem huius uniuscuiuslibet, contigerunt, accepisse permulta, negari plane haud potest, quod et ipsae fabulae, historiarum illarum documenta non obscurae prodentes *x*), et sententiae bonae atque praeclarae, ab ultimis certe maioribus ad posterios Iauanis, Graecorum patris, propagatae *y*), confirmant. Palaephatus ipse, dum Niobes conditionem milerrimam, raptum aureorum malorum ex horto Hesperidum, fabulam Pandorae, et Herculis Omphalae feruientis, enarrat, fatum Lothi uxoris, parentum primorum scelus, Euag pulchritudinem et cupiditatem nefandam, ac Simlonis Delilae succubentis turpitudinem, obscuris sub innuolucris repraesentare uidetur. Quid, quod ipse Abrahamus populos, superstitione contaminatos, minime latuit, nam et Philo Byblius, Phoenicius *z*), et Berossus, Chaldaeus *a*), et Nicolaus Damascenus, Syrus *b*), et Artapanus, Eupolemus, Demetrius, Graeci *c*), et Iuslinus *d*), eiusdem faciunt mentionem. Hunc ipsum autem honorem, quo filius Dei duoque genii coelestes Abramum dignabuntur, Graecis haud incognitum fuisse, fabula Philemonis et Baucidis testatum facit. Senes ambo, liberisque destituti, hospites duo, humanam prae se ferentes speciem, Iouem et Mercurium, domo recipient, pedes eorum lauant, conuicuum apparant, quo transactio duobus illis dii nuntiant, se regionem nicinam, improbitate incolarum et scelere pernotos, nastatiuros *e*). Quis est, quin statim Abramum, eiusque uxorem, aetate prouecta liberis carentes, suminimique Deum et angelos liberaliter tractantes, agnoscat, quorum ille, remota mensa, singulari Abrahami caritate adductus, fatum Sodomorum aperit atrocissimum, nihilque profus celat. Orionis certe notitiam

f) Huet, quæst. Alnet. p. 191.

g) Pfanner system. relig. profan.

t) Huet, demonstr. euang. p. 258.

z) Eusebius præpar. euang. I. 10.

u) Geist des Herrn von Leibnitz Th. I. S. 91.

a) Ioseph. A. I. 8.

x) Lauaur en Histoire de la Fable conferée avec l'Histoire Sainte, et

b) Ioseph. I. c.

Banier en Explication historique des Fables.

c) Euseb. præp. euang. IV. 16-13.

21, 23. *d*) Justin. XXXVI. 2.

e) Ouid. met. VIII. 626, lqq.

quandam ad antiquissimos Orientis sessores, maxime Arabas et Phoenicios, fluxisse, inde facile appetet, quod et Iobus iam, interpretum omnium consensu^f), eiusdem meminit, quem ab aetate Ilaci haud ita longe afluxisse, certe, posteris eius in seruitute Aegyptiaca gementibus, floru^gisse putamus g). Sed haec ipsa tabula non paruum huic conjecturae addit pondus, tanto certe grauius, quanto plura, si rem accurate dispiciamus, inter se conuenient atque contentiunt, ut, quemadmodum omnium fabularum, sic et huius, fundamentum quoddam, ac ratio quedam historica, subesse videatur. Cum uiri, et qui, et quos, conuenient, tum hospitium ipsum, tum preces, tum optatus harum preceptionum euentus, eas, quam dixi, conjecturam haud mediocriter probant.

Homines, quos tanti, tamque insigni exsplendentes dignitate, peregrinatores inuisunt, Abrahamus sunt et Hyricus, principes ambo, senes ambo, ambo prole destituti, ambo re pecuaria se suosque sustentantes, Princeps quidem sustinuisse personam Hyriea, supra iam declarauimus, Abramum autem non minori praestitisse excellentia, et Hethitae h), principem populi sui appellantes, et exercitus ipsius, ac bella, quae gesit cum regibus i), et foedus cum Abimelecho, rege, iustum k), latis testantur, licet, regulos suis potius hos omnes, qualis extitit Hyrieus, iure meritoque arbitremur. Senectute iam summa premebatur Abrahamus, propemodum centenarius, cum optatum gigneret filium, neque enim corpus suum, emoratu*m* iam plane, considerabat l), et ipsa Sara, praeter tempus aetatis, in iactu seminis illius vires accipiebat ad recipiendum necclarias m), quod oraculum diuinum, tam difficile uisum alii, olim interpretati sumus n). Hyrieum pariter, cunctis ad subolem prae*re*randam uiribus orbatum, iamque decrepitum, extitisse, exinde tamen conjectura facili assequimur, quod ipsi Dii, cum liberis egeret, diuinam suam scilicet uirtutem adhibuisse finguntur. Magno prolis desiderio Abrahamus angebat, ob eamque rem Elieferis filium omnium bonorum constitui cupiebat heredem o), tumque Hagaris filium, Ismaelem, adoptare in animo habebat p), sed, a Deo alia

l) Rom. IV, 19.

m) Ebr. XI, 11.

n) Vermischte Betrachtung. B. I.

p. 25.

o) Gen. XV, 2, 3.

p) Gen. XVII, 18.

f) Iob. IX, 9. XXXIX, 31.

g) Spanhem. hist. Iob. VI, 15.

p. 105. III. seq.

h) Genef. XXIII, 6.

i) Gen. XIV, 14, 15.

k) Gen. XXI, 23. lqq.

VIII

longe, multoque iucundiora, edoctus, diuino se totum consilio permittebat, optatisque suis felicissimus respondebat euentus. Eadem aerumna laborabat Hyrieus, qui, ut cum Virgilio loquar *q*), si parvulus modo aula lassisset filius, ad summa Deorum in se beneficia maximum accessibile cujuslibet sine ulla dubitatione credebat, quoniam, liberis plane destitutus, puerum ab ipsis expetebat *r*). Quodsi ingenii aciem luxuriantis uelles demonstrare, ipsum forte Abrahani nomen in Hyrieo lateat, ille enim, patronymico, ut dicitur, nomine appellatus, hanc incommodo *Agaevus*, ex Haran oriundus *s*), possit dici, ex quo, Ionica in primis dialecto, *Hēnēvē*, tandemque *Heisē* fuit postea confutatus. Quinquam autem ridicula, imo absurdarum forsitan, nonnullis haec origo uocis, Hyrieus, uideatur, non tamen ideo sperni debet confessim, quod origines uocum saepenumero ita sunt absconditae, ut admirationem nobis, imo rism interdum, moueant, nihiloque feciūs conueniunt ueritati. In lone profecto latet Iauan, in lephtae filia Iphigenia, in Hamio, Noachi filio, Ammon; quis igitur cachinuni extollat, si in *Agaevos* *Heisē* deprehendatur? Veniamus ad illos, qui Abrahamum et Hyriem commenerunt. Hunc tres adierunt Dii, Iupiter, Neptunus, et Mercurius, illum tres Elohim, quorum unus ipse *Dei* filius fuit, reliqui angeli duo extiterunt. Etenim ipsum Abrahamo tunc apparuisse Deum, et vox, Ichonah, solius *Dei* propria *t*), et compellatio Abrahami *u*), et promissio huius Ichonae *x*), et reverentia, quam personae diuinæ, humanæ præ se ferenti speciem, præstabilit, et sententia illius iudicaria *y*), satis superque confirmant. Ibi Iupiter adest *Deus*, ut prisca marmoribus uocatur, Exsuperantis *z*), hic filius *Dei*, summus *Deus*, Θεὸς ὑπὲρ πάντων *a*), quicquid etiam recentiores nonnulli, hunc filium *Dei* de dignitate sua diuina deturbabuti, somniant, quorum autem ingenti commiseratione moueinur! Reliquos nuntios coelestes, comitantes *Deum*, in *Deos* quoque commutasse gentes profanas eo minus miramur, quo certius constat, ex his angelis δάμοις *b*), custodes hominum, sumique administris numinis, fixisse, eosque ipsos *Deos* censuisse. Mercurium autem et Neptunum sigillatum cur Hyrieo se obtulisse statuerint, certo explicare non audemus, neque tamen nullas reperire causas nobis uidemur, cur hos potissimum spectandos

q) Virgil, Aen. IV, 328.

r) Palaeph. fab. V.

s) Gen. XI, 31. Act. VII, 4.

t) Gen. XVIII, 1.

u) Gen. XVIII, 3.

x) Gen. XVIII, 13. sqq.

y) Gen. XVIII, 22-32.

z) Sponius Mise. Et. Antiqu.

p. 71.

a) Rom. IX, 5.

se praebeuisse censeamus. Etenim, cum Mercurius eloquentiae haberetur Deus, οὐχιενος τε λόγος b), Neptunus autem tempestatum potentissimus c), et hic angeli iussu diuino toninem adhiberent eloquentiam, ut Lothum ad descendam urbem, sibi adeo fatalem, permouerent d), coque simu die grauissima tempestas, tonitribus permista et fulguribus, intonaret, totaque terram flutibus inundaret, quidni, ea de rei percepienti populi, religione profanæ addicti, statuerint, et Mercurium, et Neptunum, suas eo tempore partes obiisse? De Sodomitum certe disturbance accepisse gentes nonnulla, et Strabo e) et Tacitus f), et Solinus g), confirmant. Cum agitur ratio quaedam subesse debeat, cur Mercurius in primis et Neptunus Hyrieo eo apparuisse tempore memorentur, quo filium ipsi nuntiant, mirabilem in modum procreandum, pariterque filius Dei Abrahamo prolem promiserit admirabilem, et genii duo coelestes Sodoma te contulerint, partimque sermonे suo cohortati fuerint Lothum, partim mandato summi Numinis perdiderint urbem, et ad interitum iustitatemque vocarint h), cur superstitionis populi, Mercurium Hyrieo et Neptunum praefentes se obtulisse, fixerint, haud obscure patet.

Sed iam, age, conuentum ipsum consideremus, tanto memoria digniore, quanto conuenientiore in literis, instinctu diuino consignatis. Veratur Abrahamus ante tentorium suum, tresque viros ad se tenuientes complicitatur. Eodem modo Hyrieus describitur a Na lone i): „Forte senex Hyrieus, angusti cultor agelli, Hos uidet, exiguum stabat ut ante casam.., Inuitat Tharae filius peregrinos, summaque reverentia, ut ad se diuertant, precatur, hospitiis amore captus. Retulit hoc atrium Paulus k), Hebraeos suos, ut alios excipiant liberaliter, prisconumque patrum insistant uestigiis, cohortatus, hos enim, licet infios, et angelos hospites habuuisse. Neque enim Abrahamus angelos initio cognoscebat, neque Lothus, et si postea, dum sermones cum iis confererent, ad luculentiores eorum notitiam perusinarent. Insignem quoque fictitiis iisis Diis pietatem praefstat Hyrieus, eodem poeta teste: „Atque ita, longa via est, nec tempora longa superluit, Dixit, et hospitiis ianua nostra patet. Addidit et ultimum ierbis iterum que rogauit.“ Vitulum apponit Abrahamus, forte innuncum, cum ex armentis selegerit l), dictioque hebraica hand repugnet, ut Cel. quoque uidit Michaelis m), et si

B

- viii b) Act. XIV, 12.
obr) Virgil. A. I, 337. seqq. III, 328.
ad) Gen. XIX, 12. seqq.
e) Strabo XVI. p. 526.
f) Tacit. hist. v, 7.
g) Solin. c. 36.
- h) Gen. XIX, 13.
i) Ouid. fast. V. 499. seqq.
k) Ebr. XIII, 2.
l) Gen. XVIII, 7.
m) Michaelis Anmerck. z. I. B
Mos. S. 87.

uitulum conuertit. Hyrieus autem cultorem pauperis agri immolat, et magno torret in igne bouem. Namque, cum a Neptuno iouem quoque adesse compseriset, boem, ut equidem reor, huic sacrificat, nonnullas eius partes, quemadmodum antiqua tenebat consuetudo, aera imponit, reliquas in coena, sacrificia subsequente, seu pollucto, meniae imponit, ut iis hospites uescantur. Dilertis enim uerbis, ut antea iam monuimus, iegygyndērōs dūtōis lōcī, immolati ipsis tauri, mentionem facit Palaephatus. Ceterum, hoc antiquissima aetate contigisse, documentum est clarissimum, postea enim Graeci, gauem simul poenam comminati, interdixerunt, quo minus bouem arauem, alterum uelut agricolam, mactarent ^{n).} Optio- nem dant Dii, Palaephato auctore, patri Orionis, ex animi sententia feligen- di, qua modo cunque re suis proplicere possit commodis, sumique defide- rium explere. Ouidium uero si audias, solus Iupiter inter coenandum libe- ram ei petitionem permittit: „Nunc dape, nunc posito mensae nituere Lyaeo — Verba tuere Louis: Si quid fert impetus, opta, Omne feres.” Hyrieus, facta sibi loquendi et petendi potestate, coniugem iam humo tegi tristis commemorat, negatque cum alia coniugii vinculo colligari posse, quod ei se fide obstrinxerit sempiterna, at, quam dulce sit optatumque patris no- men, simul testatur: „Sed enim diversa uoluntas Est mihi, nec coniux, et pater, esse uolo.” Iam filius, quidem Dei Abrahamo disertis uerbis, haud faciebat petendi copiam, uerum sensus ipsius reconditos et notum ta- citum cognocebat, ob eamque rem non, sicut Iupiter ille miserrimus, ut mentem aperiret suam, praecipere habebat necesse. Alio certe tempore hic coetus Iudaici parens, nullam sibi prolem dedisse Numen, querebatur ^{o),} ideoque, suoholis suscipienda incredibili amore flagrans, Saraidi, ancillam suam in matrimonium sibi danti, haud iniuitus obliquebatur ^{p).} Promittit igitur filius Dei, transacto anno, forte lunari tantum ^{q),} redire, tuncque Abrahamo fore puerulum, similemque spem iniiciunt Dii, in primis Iupiter, clapsis decem mensibus, Hyrieo.

Expletur tandem diurna amborum expectatio, Abrahamus oscula- tur filium, et Hyrieus, effuso post menses decem corio, Deorum semine per perso, pari felicitate uititur, natumque amplectitur, inde Oriona nomi- natum. Neque hic desidero nonnulla, quae, si casta accurateque ponde- rentur, non contemnda uideantur. Cur enim de hoc pudeat nos differere, cum et ipse scriptor diuinior corpus uelut emortuum Abrahami, et νέκυας Σαρρας, et καταβάλην σπέματος, memorare nullo modo

ⁿ⁾ Aelian. V. H. V. 14. ibique
Kuhnius.

^{o)} Gen. XV, 2. 3.

^{p)} Gen. XVI, 2-4.

^{q)} Tickton Chronolog. Alterth. S. 353.

erubescat r). Itaque, corium illud si cogito, accepisse forsitan existimo, gentes aliquid de uellere illo Gideonis memorabili, idque cum hac Hyriei historia confusile f). Dubitat quodam modo Gideon, num per se sit Deus seruitutis iugum ab Israelis posteris depulsurus, ideoque, ut eius erga se benevolentiam exploret, uellus ponit in agro, et, si in solo ros fuerit uellere, terra secca, alioque tempore in solo uellere siccitas, ros in terra, promisso suo facturum satis esse Numen inde colligit, certoque sibi persuadet. Quae omnia, prout ipse praescriperat quasi, contigerunt. Cum igitur, ut Bochartus copiose grauiterque demonstrauit t), de Gideone Phoenices audierint; eumque, sacris literis Ierubbaal dictum, Ierombalum uocarint, quidni et de uellere hoc fama ad eos fuerit perlata, et, sicut illuc, rore madefacto corio, optimam spem conceperat Gideon, sic hic simile uellus, Deorum semine rigatum, ad expectationem filii adduxisse Hyrium finxerint, et si nihil hic certi definiani, sed aliorum hanc conjecturam iudicio permittam. Illud autem praeterite nequo, proponi Deos, singularem uim huic pelli suo semine tribuentes, itaque ex corio mortui animalis, omni robore destituto, uimum uigentemque pueros in aspectum luceinque producentes. Sic certe et filius Dei robur corpori Abrahami eneruato prorsus u), et utero Sarae, uim admirabilem per lemen Abrahami x), largitus est, uirtutemque suam, qua condidit omnia, infinitam adhibuit, unde et Sarae, et Abraham, vindicat Paulus δύναμιν, communicatam mirabiliter a Deo. Obruitur corium illud terra eaque absconditur, sed eodem modo uates generandorum hominum miraculum adumbrat y): *Non te latuere ossa mea, cum in abdito pararer in ima terra formatus.* Quae quidem verba eti eques Suecius ita explicare studet z): „Den Zustand vor der Geburt stellen die Hebraer und Griechen sich eben so vor, als den nach dem Tode, die Griechen nennen den einen sowol, als den andern, Hades, und die Hebräer vergleichen den Mutterleib mit dem Grabe, und stellen sich ihn als einen Theil der unterirdischen Welt vor: „haec tamen mihi ad denudandos huius dictionis recessus nondum sufficere uidentur. Septuaginta quidem interpres eodem modo, non textus Hebraicus, κατά τὰ τῆς γῆς recentent, quae omnes fere interpres uterum explicit, nec injuria, eti haec interpretatio reconditi aliquid et abstrusi habeat, et, quam ob causam uteris inferioribus terrae locis comparetur, difficile sit omnino intellectu. Quod si licet, quid tentiam, dicere, equidem et primi omnium hominis originem, et cunctorum mortali-

¹⁰ Rom. IV, 19. Ebr. XI, II. ¹¹ Rom. IV, 19. ¹² Ibr. XI, II. ¹³ Michael. Anmerk. z, Pf. S. 247.

r) Rom. IV, 19. Ebr. XI, II.

f) Iudic. VI, 36. seqq.

t) Bochart Geogr. S. t. II. l. 2, c.

z) p. 858.

x) Ibr. XI, II.

y) Pf. XXXIX, 15.

z) Michael. Anmerk. z, Pf. S. 247.

um, in uitam aliquando retocandorum, restitutionem, haud parum lucis explicationi huic censeo afferre. Erat ex terra conditus primus homo, *Xoinocē*, et terra ipsa a Deo vocatur *b*), cuius rei scientiam quandam populi profani habuerunt, Athenienses maxime, *γνῶντες* ideo scel et *αὐτόχθονες*, ut constat, uocantes, cicadasque ob eam rei aureas in auribus gestantes, quod has ex ipsa terra sine omni semine nasci et oriri putabant *c*). Itaque, Nonnos auctore *d*), ipse etiam Orion *ἄρων ὑπέρηφας ἀρχογεράδης*, ex terra matre pro-siliit. Sic igitur terra olim Adamum, ut tamen summi Nominis, in alpetum proferebat, sic iam ex utero matris, inferiore uentris parte, prodeunt liberi, terreni patiter *e*), quidam ideo hic uteru cum inferioribus terrae regi-onibus contendatur? Ipsa *κατύτερη τῆς γῆς*, in qua descendit Christus *f*), nonnullis uterum Mariæ, quo conceptus fuit Sequator, designare uidetur *g*). Sed reditus quoque hominum, ex terra excitandorum ad uitam, procreationi et partui his ipsis sanctioribus literis confortur *h*), utque illi aliquando ex terra communis omnium nostrum matre, prodibunt, sic iam partus matrum naturalis imago quaedam est illius miraculi, omni profecto cogitatione maioris, ex quo et Paulus, de hoc ipso Ilaeci ortu differens, *νηματινα* condendi et a morte retocandi, arctissime coningit *i*). Itaque mirum uideri non debet, si et Graeci Romanique scriptores, in fabula Orionis, ex terra Deos produxisse natam illum mirabiliter, profiteantur, cum et diuinior codex haud admodum ab ea abhorreat dictio.

Sed fatis de his, ad propositum uenimus, orationesque proborum quorundam et diligentium auditorum indicimus, quae de hoc differenti arguimento occasionem nobis praebuerunt. Dicent, omnes de *Angelis*, sed ita, ut

JOANNES ADOLPHVS KAEMPFE, Nickendorfensis, cui per dilectione discipulo prosperitiam corporis ualeitudinem optimam, de origine angelorum,
CAROEV GUILTELMVS BARTSCH, Lipsiensis, de negotiis ipsorum, ELIAS
CAROEV FRIDERICVS IAHN, Geranus, profanarum gentium de geniis suis
fententias, et IOANNES ERNESTVS MÜLLERVS, Franckenthalensis Ruthenus,
de prudentia et cautione hominum in doctrina de angelis, exponat, et singuli
nota facient pro salute Rutheniae, quos ut beneuole comiterque audiant s. v.

ILLVSTRIS RVTENEI CURATORES, ceterique Fautores et Amici,
uachementer rogamus. P. P. Gerae Calend. Ianuar. A.R.S. MDCCCLXXVI.


a) 1 Cor. XV, 47. f) Eph. IV, 9.
 b) Gen. III, 19. g) Fessellus aduers. II, 29, 7.
 c) Anacr. od. 43. Plin. H.N. XI, 26. h) Matth. XIX, 28, u. Miscell. Obs.
 d) Nonnus XII. p. 356. T. III. p. 10. seqq.
 e) 1 Cor. XV, 48:49, 2 Cor. V, 2. i) Rom. IV, 17.

Ad 1299



f

SB



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



ISAACI ORTVS
IN FABVLA ORIONIS
VESTIGIA
OSTENDIT
ET ORATIONES
SVB ANNI EXORDIVM
HABENDAS
OBSERVANTISSIME INDICIT
HENRICVS AVGVSTVS ZEIBICH



GERAE,

EX OFFICINA ROTHIL.